



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§.2. Ego sum lux. Sub symbolo lucis, primò declarat æternam suam generationem, imo etiam emanationem Spiritus S.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

imperfecte cognoscitur

minus id vnicum exprimeret in multis appellatur nominibus: quia declarat vnum, ad quod alterum est insufficientis. *Multa nominibus appellatur*. Vocatur verbum siue vox, virtus, sapientia, manus dextera, brachium, gemma, thesaurus, fons, aqua, igni, petra, agnus, aquila, pastor, magister, medicus, via, vita, veritas. Horum singulis aliquid tibi innotescit: et quod tibi est, & in te Deus operatur. Est vox (crede D. Aug.) quae tibi pater loquitur: virtus, quae te sustinet: sapientia, quae te regit: manus dextera, quae te conseruat: brachium, quod te erigit: gemma, quae te exornat: thesaurus quod ditescis: fons abunum: tam irrigans: aqua te refrigerans: ignis te accensens, petra te corroborans: agnus tuum sacrificium: aquila te his attollens alis: pastor te docens: magister te instruens: medicus te sanans: via te duccens ad caelum: veritas te erudiens: vita te vivificans.

Hom. 1. in Cant.

Lib. 1. de fide ad Grati c. 1.

D. GRE. NYSSEN

Ne credideris (monet D. Greg. Nyssen), si scire illa nomina pertranserunt contempland: minimom enim illorum multa tibi admiranda declarabit. Sacramenta quae Dominos in nostra operatur utilitatem. *Magnum quidam continere videtur*. Non sic attenda ea: eum (inquit D. Ambr.) sicut nomina quibus te homines compellunt: eorum enim plurima inania sunt si ut tui in vacuis officina pixidibus: vocas prudentem, malitiosum: animosum, superbum: humilem, pusillanimum: liberalem ac nobilem, prodigum opum: que profugatorie. Illa vero considera velut plena: *Non sunt hinc nuda nomina, sed operatiom virtutis in aeternum*. Hinc exordium sumpsit Sanctorum Patrum sollicitudo in componendis libris ac tractatibus in quibus haec nomina diligentius expendunt, quibus Deus seipsum frequentius exponit. Inter hos caput attollit D. Dionys. D. Pauli Apostoli discipulus: hac etenim mente libror illos conscripsit de sanctissimos: *De diuini nominibus*, quos tanta replevit caelest. Theologia vt iure merito Theologiae sol D. Thom. illos de verbo ad verbum studuerit explanare.

IV. Lucis nomen Deo maxime propriu. D. DION. Cap. 4. in illa sententia.

Hac diuina nomina perpendens hoc in libro D. Dionys. nos praemonet, vt illi inhareamus, praesertim autem illi, quod se Dominus compellat in hoc Evangelio: sic de seipso pronuntiat: *Ego sum lux mundi*. Circa quod nomen profundè discursit: *De nomine luminis*. Annotans nomen hoc singulares includere considerationes: inter omnes etenim creaturas, nulla nostrae hebetudini declarat expressius siue hoc quod est nec-

cessarium vt intelligamus de Deo in se, siue hoc quod nobis est & in nobis operatur, vt possumus dicere quod imago quaedam sit manifesta Dei, diuinae scilicet essentiae coniunctae bonitatis: *Ita quidem & diuinae bonitatis manifesta imago magnus iste & totus splendens in superiorem sol, secundum multam resplendentiam boni*. His conformiter, eleganter profertur D. Amb. suum argumentum quod D. Tho. latius explicat: omnia vero comprehendens dico, quod illo nomine Christus Dominus insignia nobis exponat signetque Sacramenta: primum ipsam diuinae scilicet essentiae atque illud quod de ea nos credere oportet, secundum, id quod lux eius in mundo operatur vniuerso. Tertium, id quod in vnoquoque operatur est in ordine ad ludos, praesertim in hac occasione, quae cum eis sermonem instituit, illud igitur expendamus quatenus assequamur illud quod D. Pet. Apost. nobis iniungit vt in cognitione Christi semper accrescamus: *Crescite in gratia & in cognitione Domini nostri & Saluum estis*. Omne nostrum bonum fundatur in cognitione Christi, & Apost. Paulus huic libro principalem nauabat operam. *Non enim iudicauit me scire aliquid inter vos nisi Iesum Christum ipse nobis lucem quae illum, cognoscimus*. Infundit & vt lux sese nobis obicit, oculos igitur in illam fixa acie desectamus.

§. 2. Ego sum lux. Sub simbolo lucis, primo declarat aeternam suam generationem, immo etiam emanationem Spiritus S.

**E**go sum lux mundi. Praemonet nos hic D. Aug. vt simus ad o materiales, vt credamus Christum hic insinuare vel se, quod ipse sol sit iste quem videmus, sicut insipienter hoc intellexerunt & crediderunt Manichaei heretici: sicut quando se vitem vocauit: *Ego sum vitis vera*. Ne haec intellexeris quod hic vitis sit ex illis vna, quam inter vincta conspiciamus. Locutio est symbolica, quae se nobis sub signo & similitudine solis ipse manifestat, & primum hoc intendit vt per illud cognoscas id quod est in seipso & in sua essentia. Quid est Christus? Filius Dei naturalis à diuino suo Patre ab aeterno genitus. Quomodo hoc intelligam? attende, monet D. Aug. quomodo hoc tibi explicet, qui rapus à terra in caelum conspexit, dicendo: *Qui cum sit splendor gloriae: quod clarè idem est*.

2. 1. 13.

13. 1.

1. Cor. 13.

3. 1. 34.

in Ioan.

1. Qui sit filius Dei.

Heb. 1. 3

*Tom. 6. in. est.* quod de seipso Christus ait: *Ego sum lux mundi.* compoitur D. Aug. argumentum seu tractatum suo dignum iugentia contra quinque species infidelium, qui vt impossibile affirmant id, quod fides nos docet de persona Christi, quod filius est Dei naturalis, de eius genitus substantia, sic ab æterno vt sicut prior non sit Pater. Illi verò sunt Pagani, Iudæi, Manichei, Sabelliani, & Ariani. Si Deus (obiciunt illi) produxisset filium suum, illum de sua generans substantia, eiusdem in seipso diminutio existeret: si namq; tu ex eo dederis, quod habes, hoc ipsum diminuitur. Similiter interueniret corruptio: quod etiam alteri communicare in seipso consumitur. Amplius ex hoc sequitur quod uerior Pater sit filius, quandoquidem uideatur necessarium quod Pater qui gignit filium sit illo prior. Hæc illi infidèles. Respondet autē illis D. Aug. Primò statuens hanc ueritatem Catholicam: nec crederis in Deo generationē esse cum materia corporalem: nec enim ipse corpus est nec ipsa est generatio per patris matrisq; operationem corporalem, sed generatio est spiritalis per operationem intellectus, sicut illa quā aliquo modo in te ipso experiris: dū enim anima tua intelligit vel aliquid apprehendit, illic in intellectu tuo interius seu imaginationis similitudinem eius quod intelligis producis, sine corruptione vel aliqua tui diminutione. Sic intelligēs Deus seipsum in suo ipso intellectu sui ipsius producit similitudinem. Hæc est filiū dicitis & D. Paulo: *Figura substantia eius.* Et ex his colliges, quod filio Pater nequaquam fuerit anterior: numquam enim Pater fuit seipsum non intelligens, seipsum nō cognoscens, proinde numquam fuit, quin ex ista intelligentia in se produxerit sui ipsius imaginem.

II. Obiectio hereticorum.

III. Similitudo.

IV. Filius coram Patre.

*Eph. 3. 14.* Hinc oportet de Deo habere cognitionem, & hanc ipsam exoptabat Apost. D. Paulus fideles habere, Deum prouoluit uentibus supplicans, ut illis hanc largiretur: *Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi. Et uos det uobis secundum diuitias gloriae suae.* In geua prouoluit diuinam rogo clementiam, ut uobis lux gloriae communicet diuitia: *ut possitis comprehendere eum.* Qua ratione? *ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.* q. d. placeat Deo, sic obsecro ut uobis infundat cognitionem Dei plenam. Quid est Deus plenus? Deus qui intelligit, qui potest quo se cognoscit, & uoluntate, qua seipsum diligit. Admodum certē uacuu foret Deus ille qui agulum haberet intellectū nullam

V. Quid sit plenus Deus.

uoluntatem, imo magis ille qui pollens intellectu non se cognosceret, & uoluntate pigritus se ipsum haudquaquam amaret. Gentiles & Iudæi capita sunt cerebro uacua; ponentes enim in Deo intellectum & uoluntatem, utrumque uacuum statuunt: etenim intellectus non intelligens, uel qui intelligendo in se non producit imaginem eius quod intelligit, uacuu est. Similiter & uoluntas, quæ non amat, uel quæ amando non producit in se motum seu impulsam ad rem amatam, inanis est. Sic ait Philosophus: dum nascimur anima nostra uacua est, eo quod nec intelligat nec amet: *Tamquam tabula rasa, in qua nihil est depictum.* Impletur autem eo modo quod paulatim intelligit: nam secundum ea, quæ intelligit, imaginibus impletur rerum cognitarum, quæ uocantur uerba, seu conceptus intellectus.

Adesto Pagane, Gentilis, Iudæe, quomodo cognoscis Deum? an illum cognoscis quod intellectu sit predictus, quod seipsum intelligit & omne quod est intelligibile, quodque intelligendo se, producat in se imaginem eius, quod intelligit? si dixeris nequaquam: an non uides, quod ille intellectus, quem dicis te cognoscere, intellectus sit uacuu: non enim in se habet imaginem eius quod intelligit: intellectus autem uacuu nullo modo concedendus est in Deo: grauisimum enim defectum inuolueret: si dixeris quod sic: ecce hic filius, quem fides Catholica confitetur imaginem esse productam per intellectum Patris æterni.

Ex his addices Primò: generationem hanc diuini uerbi opus non esse carnale, nec ullam in ea interuenire corruptionē, sicut nec in productione, quæ tuus intellectus in se producit eius similitudinem, quod intelligit. Collige Secundo: filium non esse Patre genitore posteriorem. Etenim dicito mihi, uter prior sit, Deus, an diuinus eius intellectus? clarum est utrumque sibi esse cœternum: cum numquam sine intellectu fuerit Deus, alioquin Deus fuisset summopere uacuu. Amplius dicito mihi, utrum prius sit Dei intellectus aut eius intelligere, producendo in se actum intelligentiæ, & per illum imaginem rei intellectæ? nemo dubitat, quia utrumque sit æque antiquum quandoquidem numquam intellectus Dei fuerit, se non intelligens, talemq; producens similitudinem; etenim uacuu esset intellectus, si tã antiqua sit hæc imago, quā ipse intellectus intelligendo producit imaginem.



& tam antiquus intellectus ac Deus, tam antiquus atque ille, esse debet ista similitudo & cum hanc sit, sicut est, eius filius & Verbum æternum; tam antiquus esse debet ille atque Deus. Dices non capio: sunt enim hæc valde spiritualia, & ego ad corporalia genitus. Illud igitur expositum aduerte in verbis illis: Ego sum lux mundi.

Serm. 109 VI. Hoc mysterium per lucem explicatur.

D. AVG. Orat. contra quinquagesimam. Hæresis Epist. 6. ad Maximianum medicum. Tom. 10.

Hoc symbolo ex mente D. Aug. illud declarant Apostolus, postquam idem in extasi fuerat contemplans: *Quicumque sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius.* Quis est Christus? figura est & imago substantiæ Dei, hoc est, imago quam producit diuino suo intellectu propriam suam intelligens consideransque substantiam. Quæ ratione aliquid hominum intelligam? ipso lucis symbolo: *Est splendor gloriæ* id quod ipse hic ait *Ego sum lux mundi.* Attende (sic D. Aug.) quæ ratione se habeant sol & lux. In confesso est: Primum à sole lucem procedere. Solem hinc intueri, quam in seipso sit luce plenus. Quis lucem producit? Unde nascitur? de ipsa solis substantia & nedum nulli solis interuenit corruptio istam producentis, sed & hoc non parum solis attribuitur perfectioni quod lucem producit per simplicissimam atque perfectissimam emanationem. Quid amplius attende, quam quod sol lucem producat, nec est ipse prior nec lux sole posterior: quandoquidem nunquam sol sine luce fuerit: & quid hoc tantopere miraris (querit D. Aug.) quandoquidem oculis tuis in cælum non ascendens, illud habes in domo tua familiare? facem seu candelam accendis: duo hic vides, ignem sive flammam, & lucem: quis lucem hanc producit quæ in se continet ignem? unde procedit? concludunt omnes: idem ipsa ignis substantia. Vtrum est altero prior evidens est: tam cito fulgere lucem atque ignem seu flammam. *Eccè ignis & splendor duo sunt, alter ex altero non sine altero alter est.* Hic contemplare mysterium quod fides proficetur catholica: Ignis Patre prefiguratur, & lux quæ de se producit filium ignis patris splendor filius: ut per se quod si splendor hic loquitur posterior dicitur: *quod si lucem non à me ipso habeo sed qui me misit dedit mihi ut lucem ignis enim splendor mittit.* Et sicut filius de Deo Patre dicit: *Pater meus est, ita splendor dicitur: si altero possit ignis mecum sit. Exingue ignem, splendor nusquam apparebit. Iste arguit ignis Patrem, & splendor filium: vons sine coniuge Pater, alius sine Matre filius, nec diuisus alter ab altero potest, cum sit alter ex altero in illius tamè alterius esse non potest sine altero.* An hoc clarum est? Hæretice? Deo igitur hoc cõcede Creatori: *quod ipse prestitit creature & in creatura si potestis, apud Creatorem.* Hinc intelliges (inquis) & Sabellum, quæ ratione Pater & filius duæ sint personæ in vna eadẽque essentia distictæ, sicut sunt ignis & splendor. *Accedat Sabellianus vident duos in vnâ ignem & splendor. Nūquid non rectè dicere potest splendor: ego in igne, & ignis in me, sicut & filius dicit: ego in Patre & Pater in me.* Hinc Ari prouisor captes quæ ratione procedes de Patre filius non sit illo posterior: *Accedat Arianus, vident & ipse altero ex altero nec tamen nasci posse alterum sine altero: nemo enim prior nemo posterior. Corus sunt Pater & filius, splendor & ignis nec ignis sine splendore, nec splendor sine igne esse potest: aut certe si placet mitte manum & diuide alterum ab altero.*

Vide quàm admirabile symbolum sit lux ad intelligendum personam filii Dei. Idcirco D. 102, teste D. Aug. singulari cõsilio vsus est eo ad illud de clarandis in exordio sui Euangelij in quo totis nostris cõpletur fides: *In principio erat verbum &c.* Non capio. Huius igitur atque ad per lucis symbolum intelliges. *Erat lux vera, &c.* Et si calorem adiueris de sole procedere & lucem de igne, eiusque splendor, hinc poteris etiam personam Sancti Spiritus intelligere, atque per hoc Dei pleni cõsequeris cognitionem, quæ dicebamus Apostolus tantopere desiderare. Ad hoc enim aperire nobis portam voluit Dominus se ipsum lucem appellans ut per hanc intraret, transiremus ad calorem de igne & eius splendore procedentem velut de vno principio & symbolum haberemus perfectum plenamque Sanctissimæ Trinitatis. Quinimo mihi persuadeo hoc ipsum D. Ioan. in tendisse, nobis etenim exponens personam filij Dei ostium aperuit, ut intellectus noster ingrederetur ad cognoscendum personam Spiritus S. de quo illud diceremus, quod ipse de filio Dei, quod de ipso dicit: illum audi hoc loquentem, illudque sequere: *In principio erat verbum.* Dicitur tunc: *In principio erat amor.* Progredimur tunc verbum erat apud Deum: Dicitur tunc: *Et amor erat apud Deum.* Vterius: *Et Deus erat verbum.* Dicitur tunc: *Et Deus erat amor.* O S. S. Euang. quædoquid non dixeris id quod Deus est in se, & illud quod producit ab intra de se in seipso, edisserere nobis, quæ ratione hæc foris prodierit: *Omnia per ipsum facta sunt & sine ipso facta sunt nihil.* Tu illud sequere: *Et sic facta sunt omnia per amore facta sunt & sine ipso facta sunt nihil.* Quæ profundè est hæc Theologia quæ modo perfectè non licet exponere. Cõcludere tuum,

Tract. 4. in Ioan. Ioan. 1. VII. In licentia Spiritus declaratur.

enim, Evangelista gloriose, discursum: *Et verbum caro factum est & habitavit in nobis & vidimus gloriam eius.* Angreterico & alii: *Spiritus sanctus super carnem effusus est, & vidimus gloriam eius.* Hoc euenit ex ore Principis Apostolorum ipso die Pentecostes intelleximus, Vltimò tandem quomodo per Dei filium facti sumus filij Dei: *Dedit eis iustitiam filios Dei fieri:* Tu similes absolue cum Apoll. de Senten. s. *Misit Deus spiritum filij sui, in quo clamamus Abba Pater.* Excellentissimum admirare lucis symbolum, quo Christus seipsum, manifestat, dicendo: *Ego sum lux mundi.*

§. 3. Ego sum lux mundi. Secundo declarat quid operetur in mundo in quo velut in nocte tenebrosa, liberrime fera vagabantur.

**D**ecларare vult secundo Dominus ipso simbolo lucis effectum omnino singularem, quem operatus est in mundo: illuminare scilicet animas sicut corpora sol. Trinitat Origenes illud quod David de sole psallit, videtur de illo loqui quem videmus: porò conijciendo in hunc corporis oculos, animæ oculos in Christum direxerat: *Posuisti tenebras & facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestie sylue: catuli Leonum rugientes, ut rapiant & quarant à Deo eseam sibi.* Ortus est sol & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. *Exibit homo ad opus suum &c.* Ad vesperam sol occidit ex cuius absentia nox ingruit & pallium hoc tenebrarum atque caliginis terræ superanditur vniuersa, sic ut nec vnus alterum nec seipsum quis valeat, nec vbi pedem figat incertis tentando progreditur, & aliquando quod sibi tutum videtur, precipitium est, in quod dilabitur; omnia tenebræ sunt. His consilia, eorumque præsidio tutò procedunt animalia prædam suam venatura: Vrsus, Leo, Lupus, Vulpes, Colubus, Bufones, Aspides, ceteraque inmundæ feræque bruta: cum enim suis inelosa fuerint cubilibus omnia ad solis occasum egrediuntur, & velut camporum Domini longè latèque diuagantur. Ex digno processit ordine, ne per diem egrediantur, ne forte hominibus noceant, & non nulli credunt hoc accidere, eo quod omnia ho-

minem timeant, in cuius vultu Deus terrorem indidit omnibus illis ad irabilem: *Terror vester ac tremor sit super omnia animalia & bestias terræ.* Plurimum opinatur in symbolis illud euenire ex quadam in micitia, qua bruta illa omnia solis lucem protequantur: etenim offendit ea omnia, eo quod illis natura auctor visum tribuerit adeo debilem ex singulari quadam proiicientia, quatenus terram homini, quo tempore sol splendet, liberam utramque dimittent: *Oculus eorum debilis visus inest, nec potest cum forti lumina misceri.* Visus illis inest infirmus, vnde illis magis conuenit lux lunæ, & stellarum minor, quam solis maxima: *Ad lumen debili lune vel stellarum radii habent propriam naturam.* Nemo non ignorat vitus debilitatem in veslo, qui non nisi proxima queque cernit, similiter lupus oculum habet valde tenuem: vnde de illo Poeta canit quòd solummodo prodeat, *Nocte super madia.* Leo vero contractas breuesque habet palpebras vnde molesta est illi lux clarior: quocirca ut ait Plinius accensus fugit horretque faces: *Ardeatque faces, quis quamuis feriat, horret canis.* Hoc etiam quocirca D. Hier. *Difficile leonem uenitur in die.*

Hic est quòd sicut omnia hæc animalia, sunt abscondita quando sol clarus elucescit, ita Mo deiciente omnia spelæis suis egrediuntur, & liberè per arua diuagantur, ut aruorum Domini, rugitus suos emittunt, se mutuo conuocant sibi que respondent quam liberè & intrepidè vagantur, lupi, vrsi, colubri, lacerti, et in ædibus suis mures quos per totum diem non aduerti vtpote tenebrarum suarum antris conclusos: si verò nox irruerit, procedunt, saltant, currunt, tripudiant, ut exercitibus esse dixeris innumeròs. Hinc sequitur ut dum diluculo suos sol diffundit radios, ilico cuncta diffugiunt recedunt, disparescunt suisque se subducunt cubilibus. Nam ut horum aliquid venator inueniat ea infestatus, non parò inuestigare debet ea sollicitudine, quo fit ut iam homo prodire possit liberè, & ad opus suum progredi in quo se quisque per diem exercet victumque sibi lucratur & alimentum: *Exibit homo ad opus suum & ad operationem suam usque ad vesperam.* Hæc videmus in hoc mundo visibili quotidie solem operari.

Et in hoc liquido tibi constabit (sic Orig.) id quod diuinus ille sol operetur qui de se sic testatur: *Ego sum lux mundi.* Homini in paradiso sol per peccatum occidit ob peccatum, quo factum est ut super naturam tenebras

VIRGI. L. 9. Eneid.

L. 8. c. 16.

In illud Nahum. 3. habitaculum leonis.

II.

Homo tur: Ego sum lux mundi. Homo in paradiso sol per peccatum occidit ob peccatum, quo factum est ut super naturam tenebras

